cipibus adferre commendationem, ac virtutem & erga doctos clementiam, quas docti ingenii sui monumentis ab obliuione vindicent. Nulla neque antiquior, neque clarior in tota Græcia, imo in omni ethnicorum historia, familia est Heraclidarum. Ab Hercule enim orti potentissimi & opulentiss. Lydorum reges in Asia annis continua successione regnarunt 505 usque ad Gygem, Dascyli filium, teste Herodoto. Bellicosissimos quoque reges Laconum ab Hercule deducit Herod. Πολυμνίᾳ & Οὐρανίᾳ. Denique regum Macedoniæ genus ad Herculem refert in fine Οὐρανίας. Quare cum ab his præclarissimis, fortissimis & sapientissimis heroibus I. C. T. genus ducat, persuasum mihi penitus est C. T. musagetæ nomen tanquam sibi gentilitium libenter agniturum esse, & quemadmodum virtute bellica, sicut honores T. C. tributi a Carolo V, vero virtutis æstimatore indicant, & doctrina, quam omnes eruditi T. C. tribuunt, Heraclidarum insistis vestigiis; ita quoque egregia pietatis & beneficentiæ æmulatione illustrissimæ familiæ tuæ maiores secuturum mihique musageten futurum esse, ut doctrina & virtus tua qualibuscunque Musæ meæ poematis rursus laudetur. Nam ἐκ Μουσῶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἡγεμόνεσσι.

Datum Vitebergæ, 12 septemb. anno 1563.

I. C. T. seruus,
M. Zacharias Orthus,
poeta laureatus.

Si l'on veut bien remarquer la date de l'épître ci-dessus, on en conclûra sans peine que ce livre ne put parvenir entre les mains de Jacques Basilicos. C'est ce que Zacharie Orthus a noté lui-même en marge de l'exemplaire conservé à la bibliothèque municipale de Stralsund. On y lit, en effet : *Non est Despotæ exhibitum, quia, priusquam typis àbsolueretur, ipse a Solymano Turca occisus est.*

Voici enfin le titre de la quatrième et dernière partie de ce Recueil :

D

Ζαχαρίου τοῦ Ὀρθοῦ ποιητοῦ δαφνηφοροῦντος ἱστορία τῶν γερμανικῶν αὐτοκρατόρων. Zachariæ Orthi Poetæ Lavreati Historia Germanorum Imperatorum. Anno M. D. LXIII.